

suafu tamen & autoritate doctis-
morum virorum ac discipulorum meo-
rum rogatu in eam sententiam deductus
fum, ut hoc qualecunq; μελέτημα accurati-
us recognitum in lucem edere & cum a-
liis communicare constituerim. Increbu-
it autem jamdudum mos iste, ut, de qui-
bus optimè sentimus, aut quorum magna
in nos merita extant, aut deniq; quibus
pro singulari ac perspectissimâ erga nos
benevolentia omnia debere nobis vide-
mur, illorum nomine insigniri scripta no-
stra cupiamus. Dispicienti igitur diu mul-
tumq; mihi, quorum nomini inscriptum
hoc εὐχαριστικὸν poëma exiret, visum est fa-
ciendum, ut vobis, Pl. R. R. C. C. E. Præ-
stantissimiq; Viri, illud dedicarem, quo-
rum partim arcta affinitate aut propinqua
cognitione, partim veteri jam indè ab in-
eunte ætate cœpta, atq; in Academiis ma-
gis